



Yale University Library Digital Collections

Title	India orien.
Call Number	BrSides Box 2019 12
Published/Created Date	[1607?]
Rights	The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.
Extent of Digitization	Complete work digitized.
Generated	2022-06-08 03:53:48 UTC
Terms of Use	https://guides.library.yale.edu/about/policies/access
View in DL	https://collections.library.yale.edu/catalog/16709875

recto

Image ID: 16710072



verso

Image ID: 16710073

DESCRIPTIO REGNI ORMVZII.

579

est rerum præstantissimarum in ea vrbe copia. Chinenses aliquando xl. naues onustas aromatibus ed soliti sunt mittere. Hodie etiam Corazzones ex Cataio huc vehunt Rhabarbarum & Muscum. As- syrij pannos sericos. Eracenses & Mauri aromata Indica, Lusitani Corallum. Solum insulæ sterile est, & falsum: hinc magna annonæ & aquarum dulcium charitas: sed lucri odor omnia ista compenfat. Tridui itinere ab hac insula margaritarum est piscatio, ea hoc modo instituitur. Cymba instruitur, cuius in prora & puppi saxa ingentia sunt funibus nauticis alligata. Postquam ad locum piscationis ven- tum est, projectis saxis firmatur nauis: Ibi è media scapha alius funis demittitur: Hisque rebus ita com- positis, vrinator alligato ad pedes lapide se in aquas præcipitem dat, manticam ex humeris dependen- tem gestans: in hanc conchas à se collectas abdit, quæ vbi repleta fuerit, abiectò lapide quo pedes grauabantur, per funem illum è media cymba dependentem sursum emicat: Ad istiusmodi capturam sæpè ccc. naues conueniunt. Regnum Saraceno regi paret, qui tributi nomine quindecim Seraphi- nùm millia singulis annis Lusitano pendet, cuius vicina arx munitissima, & ad omnem belli impetum armata, finitimis locis terrori est.

Surra unknown

DESCRIPTIO INDIAE ORIENTALIS.

INDIA ab Indo fluuio nomen habet, quem accolæ *Diul & Hynd*, Cambaënse *Inder & Caer- cede* appellant; hic occidentem versus Persiam ab India determinat: ad Septentrionem sunt Tau- ri iuga, cætera Oceano Orientali & Australi cinguntur. Alia hic rerum facies, alij siderum certus

Oo 2

atque

Bernicke Library. Broadside. Box. 2019.12